

ditor, ayos, ayos, ayos, Deus spiritualium munerator cunctorumque cognitor, et archana conspicias et cuncta cognoscis, qui scrutans¹ corda et renes, Deus, te deprecor, exaudi verba deprecationis meae, ut qui hunc furtum admisit², panis vel caseus iste transire fauces nec guttur illius [non]³ possit.

(b) Domine, qui liberasti Moysen et Aaron de terra Aegypti, David de manu Sauli regis, Ionam de ventre ceti, Petrum de fluminibus maris, Paulum de vinculis, Teclam de bestiis, Susannam de falso crimine, tres pueros de camino ignis ardentis, Danielelem de lacu leonum, paraliticum de grabato, Lazarum de monumento, Domine Deus omnipotens, ostende tua misericordia, ut si hunc furtum ill. admisit, panis vel caseus iste fauces et guttur eius transire non possit.

(c) Exorzizo te, maledicte, inmundissime draco, basilice⁴, serpens noxię, per Deum veritatis et per Deum claritatis, per Deum omnipotentem et per Iesum Christum Nazarenum, agnum immaculatum, de altissimis procreatum, de Spiritu sancto conceptum et Maria virgine⁵, quem Gabrihel archangelus adnuntiavit venturum, quem cum vidisset Iohannes clamavit voce magna dicens: Hic est filius Dei vivi⁶, ut nullo modo dimittas communicare, neque pręsumere panem et caseo isto⁷ manducare, qui hunc furtum admisit. Et si crimen nescius est, manducet, et si conscius est, statim tremebundus evomat.

(d) Domine sancte pater, omnipotens aeternę Deus, qui cęlos stabilisti, terram fundasti, mare luminibus⁸ firmasti et ipsum [caelum]⁹ fabricasti, qui magna mirabilia fecisti, solem et lunam super iustos et iniustos splendere et lucere fecisti, doctrinam¹⁰ ordinasti, fac, Domine, signum talem¹¹, ut omnis mundus et omnis terra intellegat, quia tu es mirabilis solus¹², domine Iesu Christe, fili Dei vivi, ut qui hunc furtum furavit, et qui ex hoc consentaneus esse videtur, presta, ut gula et lingua vel fauces sint constricti et obligati, ita ut panem istum et caseum nullo modo possit manducare.

1) So auch Form. 632, 29. 2) 'amisit' Hs.; vgl. oben S. 381.

3) So Form. 632, 31; in der Hs. 3 Buchstaben radiert. 4) So auch Form. 632, 37 statt 'basilisce'. 5) Form. 632, 40: 'ex Maria virgine' [natum];

631, 5: 'de M. v. natum'; vgl. unten. 6) Vgl. Form. 631 N. 1.

7) So Hs. 8) Vgl. Form. 631 N. b. 9) So zu ergänzen aus

Form. 633, 4. 10) So auch Form. 633, 5; vgl. ib. N. h. 11) m aus-

radiert; vgl. Form. 633, 6. 12) So statt: 'tu es Deus, qui facis mirabilia solus'.